

« observant, omnibus fidem violant, ipsi propriis nequaquam contenti finibus [a] nostros
 « invadunt, nostra bona occupant atque diripiunt. Ipsi, intolerabili elati superbia, Castrum
 « Leonis, dimidium scilicet vitae vestrae [b], omnium et singulorum, sine causa laborant de-
 « struere. Civitatem Forolivi eorum supponere ditioni, [c] et quod absurdum est [d] et ridi-
 « culum dictu, ipsam urbem Ravennae, quondam caput regni et unicam in regione sua, con-
 « culcare modis nitantur omnibus. Faventini pro certo [e] vicinos pati [f] non possunt [g],
 « amicos non norunt, majores non sufferunt; dominum detestantur [h] et generaliter omnes
 « vilipendunt. Sed unde tanta audacia [i] tam sceleratis? unde tantus arrogantiae timor
 « [j] tam iniquis? In veritate pauci sunt numero, possessionibus angusti, egentes di-
 « vitiis. Contra igitur [k] tam scelestos fortes estote, viriliter pugnate, ad vestram
 « reducentes memoriam quanta mala semper nostris intulerunt majoribus. Recolligite
 « quomodo Guidonem [l] Traversarium cum multis aliis in castro Cunii lapidaverunt.
 « Sit ante vestros oculos, qualiter Petrum Ducem et alios multos, apud Sanctam
 « Luciam morte condemnarunt turpissima [m]; et, cum effusi per agros ante vestros
 « pedes succumbent [n], vos hodie sentiant rigidos, et quos majores huc usque sen-
 « sere severos. Non quidem sunt digni venia [o], apud quos nullum habuit locum mi-
 « sericordia. Delete generationem malam et adulteram [p], et tota in quiete erit provincia.
 « Non enim, nisi per vos [q], domum reverti valent; dissipate illos qui semper bella
 « volunt, et aeternam vestris [r] pacem acquiretis filiis.

L. 100 hi

parcit in hostes = Lucres VII 399 Lucr. Doch war Lucres um 1200 in Italien unbekannt, ein Zwi- schenglied finde ich nicht. P. W.

sic = sicut ipse fatus est;
 n. sic magis fatus est

- « Cædite tunc [s] illos gladio: qui parcit in hostem
 « Ipse sibi est hostis. Vitam qui prorogat hosti,
 « Derogat ille suae; non est clementia bello
 « Hostibus esse pium; gravis est sibi dignaque cædi [t]
 « Cædis parca manus. Heros [u] sic satur, et ecce
 « Conclamant omnes: ut iubes [v] sic faciemus [x].

At Faventinorum consules, scilicet comes Iulianus, Uguizo [y] de Attis [z], Bernardus de Caminisa, Marcolus Aureus, Petrus Possetus [aa], Rusticus de Berto, Favencius Fantinelli, postquam, iam elapso die pro majori parte, praefatum videre proditorem non valuerunt, signum promissionis ab eo nullatenus recipientes, domum re-

[a] contenti finibus. Sic C. V.; contenti finibus, C. M. — [b] vitae vestrae, C. M.; vitae nostrae, C. V. — [c] supponere ditioni, C. V.; supponere ditioni, C. M. — [d] quod absurdum est, C. V.; quod ausur- dum est, C. M. — [e] Faventini pro certo, Codd. A. et M.; Faventini profecto, C. V. — [f] vicinos pati, Codd. V. et A.; vicinos pacti, C. M. — [g] non possunt. Sic ex C. V.; non possent, C. M. — [h] dominum dete- stantur. Sic legit cl. Mitt.; dominum detestantur, Codd. V. et A. — [i] unde tanta audacia. Sic lego cum cl. Mitt. Codd. M. et V. habent: sed . . . tantam audaciam. — [j] arrogantiae tumor. Sic cl. Mitt.; Codd., arrogantiae timor. — [k] Contra igitur, cl. Mitt. et C. A.; circa igitur, C. V. — [l] quomodo Guidonem C. V.; quando, C. A.; quod, cl. Mitt. — [m] condemnarunt turpissima. C. M., condemnarunt turpissima; C. V., occiderunt turpissima. — [n] succumbent. Sic C. V.; subcumbent, C. M. Hic auctor incipit rhythice loqui, donec pedetentim in vera metrica carmina erumpat. — [o] digni venia. Sic C. V.; digni veniam C. M. — [p] et adulteram. Sic lego in Codd. A. et M. — [q] nisi per vos, Codd. M. et A.; pro nisi, C. V. habet nunc. — [r] et aeternam vestris, C. M.; et etiam vestris, C. V., et etiam nostris, C. A. — [s] cae- dite tunc, C. M.; caedite nunc, C. V. — [t] sibi dignaque caedi, Codd. M. et V. — [u] Heros. Notulam her. sic vertit cl. Mitt. In C. V., herus. — [v] ut iubes. Sic Codd.; licet metrum ideo claudicet. — [x] facie- mus. Sic C. A.; facimus, Codd. M. et V. — [y] Uguizo, Codd. M. et A.; Uguzo, C. V. — [z] de Attis, C. M.; de Actis, Codd. V. et A. — [aa] Petrus Possetus, Codd. M. et V.; Petrus Ponsetus, Tondutus et veteres chartae.